

Incipit prologus

sancti Hieronimi cardinalis p[re]biteri in li-
bros vital[is] patr[is] sanctor[um] egiptior[um]. etiā eo-
rum qui in Scithya Thexayda atq[ue] Ne-
sopotamia morati sunt. nō solū quos o-
culis vidit maximq[ue] labore conspexit. verū
et q[uod] plura a fide dignis relata conscripsit
notabili diligentia. Deniq[ue] aliorū etiā au-
tenticorū libellos fideliter e greco in lati-
nū transtulit. et ab alijs trāslata p[er] sui p[re]fe-
ctione huic operi inseruit.

Enedi

ctus deus qui
vult omnes ho-
mies saluos fi-
eri et ad agniti-
onē v[er]itat[is] ve-
nire. qui etiā
iter nostrū di-
rexerat ad egi-

ptū. et ostendit nobis mirabilia magna ad
posteritat[is] memoriā. p[ro] futura. ex q[uo] nō so-
lū nobis causa salutis oriret[ur]. ver[um] et historia
salutar[is] atq[ue] ad doctrinā pietat[is] aptissima
p[ro]deret[ur]. que virtutis iter agere volētib[us]
gestorū p[re]cedētū fide amplissimū tramitē
pandat. Quāvis ad tantā et rez narratōez
minus ydonei sumus nec dignū videam[us] in-
gentiū rez exiguos ac puos fieri autores p[re]-
cellasq[ue] virtutes humili narrare f[or]mōe. t[ame]n
q[uod] fratrū charitas eorū q[ui] in mōte sancto
oliueti p[er]manēt hōc nobis frēq[ue]nter expo-
scit. ut egiptior[um] monachor[um] vitā. et tute[re]q[ue]
animi. et cultū pietatis atq[ue] abstinentie ro-
bur q[uod] in eis corā vidimus explicemus.
p[re]cibus ip[s]or[um] qui hoc impant adiuuandū
me credens aggrediar. nō tā ex stilo laudē
req[ue]rens q[uam] ex narratōe rerū edificatōnem
futurā legentib[us] sperans. dū gestorū vnus
quisq[ue] inflāmat[us] exemplis horrescere q[uod]
dem seculi illecebras. sectari nō quietez et
ad pietatis inuitatur exercicia. Vidi ergo
et vere vidi thesaurū xp̄i in hūanis absco-
ditū vasculis. quēq[ue] thesaurū reptū nolui
tanq[uam] inuidus occultare. sed q[uod] si p[er] mult[os] in-

uentū. p[er]ferre in mediū et facere p[ro]munem.
certus q[uod] q[uo]nto plures ex eo fuerint ditati:
tanto mihi amplius acquirere[ur]. Ego enī
locupletior fiam cū aliorum salus misterij
mei fuerit quesita mercimonio. In p[re]ci-
pio ergo narratōis n[ost]re adesse nobis p[re]ca-
mur gratiā d[omi]ni n[ost]ri Iesu xp̄i. cuius v[er]it[as]
te omnia hec pietatis exercitia apud egipti
monachos habent. Vidim[us] enim apud
eos multos patres celestē vitā in terra po-
sitos agētes. et nouos quosdā p[ro]phetas tā
virtutib[us] animi q[uam] vaticinādi officio susci-
tatos quib[us] ad testimoniū meritor[um] nec li-
gnorū quidē ac p[ro]digiorū deerat efficacia.
Et merito. Cur enim q[uod] nihil terrenū nihil
carnale cupiūt nō accipiūt celestē p[re]tatem
Nē illos nāq[ue] eorū ita ab omni malicia
et cogitatōe et suspitōe vidimus alienos.
ut nec si aliqd mali adhuc gerere[ur] i[n] seculo
memissent. Tāta i[n] eis erat trāq[ui]llitas ani-
mi. tātusq[ue] inoleuerat eis bonitat[is] affect[us]
ut merito de eis dictū sit. Pax multa dili-
gētib[us] nomē tuū d[omi]ne. Cōmanent autē p[er] he-
remū disp[er]si et sep[ar]ati cellulis. s[ed] charitate cō-
neri. Ob hoc autē dirimunt[ur] habitaculis ut
silentij sui quietē et intentōem mentis diuini
sectātes nec vor aliqua nec occurus vl-
lus aut sermo aliq[ui]s ociosus obturbet. In-
tentis ergo in suo quisq[ue] loco animis velut
boni p[re]ses xp̄i expectant aduentū. Aut tan-
q[uam] miles p[ar]atus in castris imp[er]atoris p[re]sen-
tiam. vel ut fideles serui aduentantē d[omi]nū
sustinent libertatē sibi p[ro]pter et munera lar-
gitur. Omnes q[ui] hi nullā cibi aut indumē-
ti aut vllius horū sollicitudinē gerūt. Sci-
unt enim q[uod] scriptū est. Hec oīa gentes co-
gitant. ip[s]i vero iusticiā et regnū dei req[ue]rūt
et hec omnia f[er]m[is] p[ro]missionē saluatoris appo-
nuntur eis. Deniq[ue] eorū plurimi
forte si in aliquo necessarijs ad v[er]sus corpo-
ris eguerint. nō ad hūana p[ro]fugia s[ed] ad deū
uersi. et ab ip[s]o tanq[uam] a patre poscentes que
poposcerint ilico consequūtur. Tanta nan-
q[ue] in eis fides est q[uod] etiā montib[us] ut transfe-
rantur valeat impare. Unde et nō nulli co-
rum irruptōes fluuij in perniciē vicinarū
regionum p[er]citatas oratōnib[us] rep[re]sserūt.
et pede incedētes alvei ei[us] p[ro]funda digressi

sunt. immanesque eius bestias pemerunt. et plurima atque immania signa que a prophetis et apostolis antiquitus gesta fuerant commendarunt ut dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare mundum. Sed illud valde mirum est cum semper optima queque rara sint et difficilia. in illis tamen utrumque pariter conuenisse ut et numero immensi sint et virtutibus incomparabiles. Sunt enim et alij in suburbanis locis. alij per rura. plures autem et egregij per heremum dispersi. et velut quidam celestis exercitus in precinctu positi. atque in tabernaculis degens ad obedientiam preceptorum regi semper intentus. armis orationum pugnans. et scuto fidei ab inimico insidiante. protectus regnum sibi celeste perquirunt. Sunt ergo ornatu moribus. quieti. lenes. tranquilli. et charitatis vinculis velut quadam germanitate constricti. Ad emulationem vero virtutum certamen ingens exercent et agones. Studet enim unusquisque clementior altero benignior. hic humilior ille patientior inueniri. Si quis autem sapientior ceteris fuerit hic ita communis erga omnes et mediocriter existit ut secundum mandatum domini omnium minimus et omnium seruus esse videatur. Quia ergo dei munere donatus mihi est. et videre eos. et interesse querelationi eorum. et de singulis iam nunc que ad memoriam dominus reduxerit enarrare temptabo. ut hi qui non viderunt eos in corpore. opera eorum discunt. vitamque eorum perfectam lectoris indicio colligentes ad emulationem sancti operis inuitentur. et perfecte sapientie palmam requirant.

Explicit prologus.

Incipit narratio de sancto Iohanne egiptio heremita.

Romum igitur tanquam vere fundamentum nostri operis ad exemplum bonorum omnium summum egiptum Iohannem quem etiam solus satis superque sufficiat religiosus et deo deuotas mentes ad virtutum culmen erigere. et ad perfectioris vestigia perducere. Hunc enim vidimus in thebaïdis partibus in heremo quem adiacet ciuitati Lyto in rupe quadam montis ardui commanentem. Ascensus ad eum difficilis. aditum monasterij eius obstructus et clausus ita ut a quadragesimo etatis sue anno usque ad nonagesimum quem tunc gerebat cum eum vidimus monasterium eius nullus intrauerit. Aduenientibus vero per fenestram se videndum prebebat. et inde eis vel verbum dei ad edificationem. vel si qua fuissent consolationis responsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla nec ad spectum quidem eius accessit. sed et viri raro et certis quibusque temporibus. Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri promisit in qua aduentantes e longinquis regionibus paululum requiescerent. ipse vero intrinsecus solus soli deo vacans. non diebus non noctibus colloquijs dei et oratione cessabat. diuinum illud et quod super omnem mentem est tota mentis puritate perfectus. Quanto enim se ab humanis curis et colloquijs sequestrabat. tanto illi vicinior et propinquior deus erat. In tanta denique mentis sue sinceritate profecerat ut non solum eorum que erant scientiam consequeretur a domino. verum et eorum que futura erant prescientiam mereretur. Evidenter namque ei dominus prophetie gratia pretulit. ita ut non tantum ciuibus et prouincialibus suis si forte percontarentur futura prediceret. sed et imperatori Theodosio vel quos belli exitus habiturus esset vel quibus modis victoriam caperet de tyrannibus et quod irruptiones passurus esset gentium barbararum sepe predixit. Quodam etiam tempore cum gens ethiopum romanum militem circa cirenen